



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sapientissima Dei Mvndvm Regentis Gvbernatio; Ex qua  
pendent, quæ vulgò in Casv, Fortvna, Fato, Esse Pvtantvr**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1645**

§. 2. Lugdunensis incendij miseranda calamitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52314](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52314)

tatem sperat à miseriis. Denique constabit, qua ratione animus sit, contra Fortunam, muniendus, qua perinde ut quisque vtitur, ita præcellit. Sic ergo scribit Seneca:

## §. II.

*Lugdunensis incendi miseranda calamitas.*

Senec.  
lib. 1. c.  
pist. 91.

*Liberalis noster nunc tristis est, nunciato incendio, quo Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriæ sua amantissimum. Quae res efficit, ut firmitatem animi sui querat, quam videlicet ad ea, quæ timere posse putabat, exercuit. Hoc verò tam inopinatum malum penè inauditum, non miror, si sine metu fuit, cum esset sine exemplo. Multas enim cinitates incendium vexauit, nullam abstulit. nam etiam ubi hostili manu in tecta ignis missus est, multis locis deficit, & quamvis subinde excitetur, raro tamen sic cuncta depascitur, ut nihil fernè relinquat. Terrarum quoq; vix unquam tam grauis & perniciösus fuit motus, ut tota oppida enuerteret. Nunquam deniq; tam infestum vulni exarsit incendium, ut nihil alteri superesset incendio. Tot pulcherrima opera, quæ singula illustrare urbes singulas possent, una nox stravit, & in tanta pace, quantum ne bello quidem timeri*

meri potest, accidit. *Quis hoc credat?* ubiq<sub>z</sub>  
 urmis quiescentibus, cum toto orbe terrarum  
 diffusa securitas sit, *Lugdunum*, quod ostende-  
 batur in Gallia, queritur. *Omnibus fortuna,*  
*quos publice afflixit, quod passuri erant, time-*  
*re permisit.* Nulla res magna non aliquod ha-  
 buit ruine sue spatium. In hac, una nox in-  
 terfuit, inter urbem maximam, & nullam.  
*Denique diutius illam tibi perisse, quam pe-*  
*riit, narro.*

## §. III.

*Ubiq<sub>z</sub> ferè fungi primo loco Fortunam, & Ca-*  
*sum; ac proinde Mundum hunc non esse*  
*compositum in securitatem.*

*Hac omnia Liberalis nostri affectum incli-*  
*nant, aduersus sua firmum & erectum, nec si-*  
*ne causa concussus est. Inexpectata plus ag-*  
*grauant. Nouitas adiicit calamitatibus pon-*  
*dus: nec quisquam mortalium non magis, quod*  
*etiam miratus est, doluit. Ideò nihil nobis im-*  
*prouisum esse debet. In omnia præmittendus*  
*est animus: cogitandumq<sub>z</sub>, non quidquid solet,*  
*sed quidquid potest fieri. Quid enim est, quod*  
*non fortuna, cum voluit, florentissimo detra-*  
*bat? quod non è magis aggrediatur & quat-*  
*at, quò speciosius fulget? quid illi arduum*  
*quidus difficile est? non una via semper, ne tota*

P 2 qui-